

In statione tua dura,
Nec causas alienas cura.
Nihil credas delatori.
Fallax vanus rumor chori.
Custodi conscientiam,
Fidem, famam, prudentiam.
CruX & verbum sana docent,
Fastus, livor, ira vacent.
Nec zelo quicquam novi tentes
Fuge Fanaticorum sentes.
Fidelibus te typum præstes.
Tantum verbi virgam gestes.
Non nisi cogitata feras.
Ingratitudinemque feras,
Non queritor de tua caula,
Nec quærito scutum in aula.
Sed missita injurias
Dic semper Deo gratias.
Justa tua Deo indica,
Nec publice te vindica,
Cautus tranquillitati stude
Nec doctrinas novas cude.
Non sis fax aut tuba litis,
Sed pacificus & mitis.
Spartam nachus ipsam orna,
Nec factiones unquam torna;
Ora, lege, meditare,
Et bene monenti pare.
Et reverere Præceptores
Ferto collegarum mores,
Sectare pacem & fac bonum,
Charitas est ingens donum
Quæ facis, fac sedulo,
Cætera commenda Deo.

I. Theil.

D

Caveto